Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



contemplabatur. et xpc erat ei pro omnibus xpm desiderabat. xpm
quasi presentem cernebat: xpi decorem assidue speculabatur. secundum
prophetam dicentem: Prouidebam dominum in conspectu meo semper quoniam
a dextris est mihi ne conmoueatur. Et iterum. Adhesit anima mea post te me suscepit dextera
tua. Adhesit enim uere illi anima post xpm. coniunctione indis
solubili. illi copulata. Non enim defecit amirabili ista conuersa
tione nec mutauit rigorem propositi sui. a principio usque ad finem
equalem seruans propinquitatem a puero usque ad tantam etatem immo
ad altiorem in dies profecit uirtutem. et mundiorem promeruit con
templationem. Deinde tali pactu conuersatione et ita dignam
sua uocatione operationem retribuens ei qui se uocauit crucifi
gens mundum sibi et se ipsum mundo in pace ad dominum pacis ua
dit. ad eum quem desiderauit semper proficiscitur dominum. et uultui
domini nitide et munde presentatur. illique gloriam iam ante promis
sa sibi corona exornatur. et xpm cernere dignus efficitur. et
cum xpo esse meretur. xpi decore semper exultat cuius in manus sua ani
ma commendans. in uiuentium transmigrauit regionem. ubi sonus
epulantium. ubi letantium omnium habitatio.

Preciosum uero corpus illius quidam uir sanctus qui habitationem
non procul ab eo fecerat. qui et ad barlaam iter illi ostende
rat prius. diuina quadam edoctus reuelatione ipsa hora dor
mitionis eius aduenit. et sacris laudibus honorificans illum lacri
masque effundens signum erga illum dilectionis et omnia alia
perficiens quod xpianis sibi legitima in sepulchro patris barlaam
posuit illum. Nam decebat eorum simul esse corpora in terra. quorum
in celis perhenniter erant anime uincte. Precepto etiam cuiusdam
terribilis peruisione forte in mente illum contestantis acquiescens
heremita qui eum sepelierat ad regnum indorum pergere conten
dit. et ad regem barachiam peruenit. omniaque sibi manifesta
debeato iosaphat fecit. Ille autem non negligens illico pergit cum
multitudine magna et uirtute. et ad spelunca peruenit.
Monumentum aspicit et super lacrimatus tollit operculum et uidet
barlaam et iosaphat habentes membra secundum proprietatem spe
ciei utriusque posita et corpora nil a priore colore immutata. sin
cera uero et omnino integra cum suis indumentis. Tunc illa
sanctarum animarum tabernacula multam odoris suauitatem
emittebant. nil penitus suauitatis retinentia. Que rex in
theris preciosis reposita. in suam reportauit patriam. Ut autem
ad aures peruenit populi quod factum fuerat. multitudo innu
merabilis ex omnibus ciuitatibus et in circuitu regionibus ad ado
randa et uidenda beatorum illorum uirorum corpora confluebant ho
norifice. cum ymnis et canticis et lampadibus. ac cereis arden
tibus. Unde quidam ibi congruenter satis et ualde ydonee dixit.
Luminaria circa luminis filios et heredes. Splendide uero si
mul et magnifice in ecclesia quam iosaphat ab ipsis funda
mentis erexerat deposita sunt corpora. Plurima quoque miracula
et sanitates in transiatione et deposicione et deinceps per sanctos

suos famulos operatus est xpc. ad laudem uel gloriam nominis sui.
Et uidit rex et omnis turba uirtutes que per eos fiebant. Et pluri
me gentes que erant in circuitu infidelitate languentes dei ig
norantia per ea que ad sepulchrum fiebant signa crediderunt.
Et omnes uidentes et audientes angelicam iosaphat conuer
sationem. et a puericia inestimabilem eius ad deum amorem mirabantur.
glorificantes in omnibus deum. qui cooperatur diligentibus se. et
maximus illos glorificat donis et uirtutibus.

Hiisque finis presentis sermonis. quem secundum uirtutem
meam scripsi. sicut accepi auenerabilibus uiris quiueraciter
illum tradiderunt mihi. Contingat igitur nobis legentibus et au
dientibus utilem animarum narrationem ut in parte sanctorum qui
ab initio placuerunt domino. computari mereamur precibus et interces
sione barlaam et iosaphat. beatorum de quibus est narratio. in xpo
ihu domino nostro. cui est decus honor et imperium et gloria et magni
ficentia. cum patre et spiritu sancto nunc et semper et in omnia secula se
culorum amen.

Conuersus ad te domini deum patrem omni
potentem puro corde tibi quantum potest paruitas mea max
imas atque uberes gratias ago deprecans toto animo sin
gularem tuam mansionem. ut preces meas in beneplacito tuo
exaudire digneris. inimicum quoque a meis actibus et cogitatio
nibus tua uirtute expelle. multiplica in fidem. mentem guber
na. spirituales cogitationes accende. et ad beatitudinem tuam per
ducere dignare. per ihm xpm filium tuum amen. Prologus
in uita beati Leutgeri episcopi

Manibus ubique in xpo fidelibus
sanctorumque eius non fictis amatoribus fratris
in cenobio sancti saluatoris et sancti a
mati confessoris. Liutgeri degen
tes eam que est in ihu xpo salua
tore omnium salutem. Quia ates
tante scriptura opera dei reuelare.
magnificum est. opere precium nobis
uidetur si de uirtutibus sancti ac beatis
simi patris Liutgeri. et celesti eius uita aliquid scribamus. Dignum
est enim ut mortalibus uita eius declaretur. cuius nomen in libro ui
te asscriptum tenetur. Sic quippe illud psalmiste implebitur in memo
ria eterna erit iustus. dum eius merita et uirtutes nobis sine li
teris pertransitorias per succedentia sibi tempora scriptura representat
Ad quod opus quam uis nos qui proprii eius alumni sumus et debitum
trahat et uoluntas scientie tamen tenuitas et susceptio quorundam
denarrandis uirtutibus fides repellit. More namque humani
ingenii quo filii et si deformiores parentibus pulchri et parentes
minus forte laudabiles. filiis laudabiliores uidentur. plerosque
estimaturos putamus sancti huius patris et nostri specialiter patrum
actus. uel supra modum fore laudandos. Qua in re quam uis li
bere fateamur: nos enim omnino non posse quantum uolumus lau